



~~EX BIBLIOTH.~~  
EX BIBLIOTH.  
NATIONIS HUNGAR.  
VITEBERG.

III A.D. 1555.

SIGNAT. 1515 CCCXIII.

915  
90

915  
90

H. u. 1576

5044


Bibliothek  
Universität  
an der Universität

6  
**TRIA EPI-  
THALAMIA SCRIP-  
PTA A MAT-**

THAEO COLLINO  
GVRIMENO.

Adiecta est in calce libelli  
Oda de ferijs S.  
Martini.

M. D. XLV.



## LECTORI.

**T**acta nouos circa thalamos modulamina quodam  
Tempore me castus promere uidit Amor,  
Vidit, & intentans fulua mihi cuspide uulnus,  
Miles & antistes tu mucus, inquit, cris.  
Præmia militiae tibi splendidiora rependam,  
Pendre quam pauper Phœbus Apollo queat.  
Turba malignorum nec, quod suggillet, habebit  
Intc. Præsidio stet tua Musa mco.

**NOBILITATE IVXTA.**  
ac uirtute eximia claro D: Ioanni  
seniori Hodieiouino, ab Hodieio-  
ua, Viceiudici regni Boiemiae,  
suo amico ac Meccenati li-  
beralissimo, Matthaeus  
Collinus à Cho-  
terina,

S. D.

**V**ersibus, Hoddci, tua si p̄econia nostris  
texere conabor, forsan incptus cro.  
Matcriamq; dabo communibus hostibus ambos  
Nos deridendi suauius, atq; diu.  
Liuor & hic iterum gelasiniis labra premendo  
Nos salibus stultis exagitare uolct.  
Forsan et obijcet dictum uulgare Latinis:  
Hic mulum scabit, scabitur inq; uicem.  
Laudibus Hoddcius Collinum tollit ubiq;  
Hic illum contra laude sub astra uchit.  
Ille Deum quendam facit hunc, facit iste uicissim  
Illum Principibus nobilitate parem.  
Talia de nobis aliâs nam sepe loquuntur  
Hi, qui Pieridum sacra perempta uolunt.

A ij Q uos

**Q**uos non posteritas torquet, non cura ncpotum,  
Non ullum ucræ nobilitatis opus.

**Q**ui pecudum ritu uiuunt, consumere fruges  
Progeniti, Phrygiæ pondus inane Dcæ.

**Q**uos nemo mclius nouit, quam serua culinæ,  
Cuius & in cella nocte, dicq; bibunt.

**S**perrnentes famam, sperrnentes nomen honestum,  
Ipsa quod haud etiam mors abolere potest.

**Q**uorum mc quamuis soleant nihil ista moucre  
Scommata, parcior hic attamen esse uolo.

**I**nuidiæ, uirtus quandoq; est cedere, tali  
In rc præcertim, quæ leue pondus habet.

**L**audibus ac uti debent moderatius isti,  
Quos non uulgaris iungit amicid.

**N**ec fecret hoc quisquam, si filius ipse parentem,  
Vel pater hunc nimia tollere laude uolet.

**T**u meritis meus es genitor : pictate, bonisq;  
Obsequijs soboles sum tua rursus ego.

**E**rgo tuæ cupidas laudis moderabor habetas,  
Et mcus hic arcto tramite curreret equus.

**N**ec memorabo tuumuc genus, titulosue potentes,  
Quos trahis à proauis progeneratus eques.

**N**ec dicam, studijs titulos hos qualibus ornes,  
Assiduus castris miles in Aonidum.

**O**mittam, celso quod spernis pectorc uulgas  
Nobilium studijs quod nocuissc cupit.

Nec

Nec recitabo, bonas ornes ut, promoucasq;  
Artes, quas uatum nobilis ordo colit.  
Omittam, quo nos rex nobilitatis honore  
Ornarit ductu, consilioq; tuo.  
Omittam claros Opithones, zeusiosq;,  
Smilonem patruum cum reliquisq; tuum.  
Cum quibus arcta mihi per te coniunctio mentis  
Contigit, et solidæ pignus amicicie.  
Cuncta hæc omittam. Sunt hæc tibi scripta frequenter  
Priuatim, quæ post publica forsan cridunt.  
Hoc tantum dicam, non me debere cuiquam  
Vni plus, meritis scilicet atq; tuis.  
Nec mihi adhuc tota de nobilitate Bohemia  
Visum, qui, quam tu, nos magis ornent, amet.  
Rectius aut, quam tu, Boicæ in finibus oræ  
Qui Accœnatis nomen habere queat.  
Sunt, fateor, multi, qui complectuntur amore  
Nos, studijs nostris subsidiumq; scrunt.  
Sed multi hoc faciunt, priuatim non tamen unquam  
Aut raro, relevance me, studiumq; meum.  
Plurima tu nobis et cibro mittis, et unus,  
Quæ nullis uerbis enumerare queam.  
Vnus et ex tota tu nobilitate Bohemia,  
Commutas nummis carmina nostra tuis.  
Quicquid habes, in nos omni sine murmure confers,  
Et ditas opibus nos sine fine tuis.

A ij Nunc

Nunc etiam, Vati proprio quidam non licet ære  
Mercari, tentas ipse parare domum.

Quodq; mihi genitor uellet, si uiueret, ipse  
Vix præstare, facis sponte tuapte bonum.

Ergo ego te cunctis, habeo quos, iure patronis  
Antefero, uersu præ reliquisq; ucho.

Prædico te passim, passim tua nomina grati  
Intono sermonis liberiore sono.

Nota cano. Norunt multi mendacia nulla,  
Consona sed ribus mē modo uerba loqui.

Ipsē ctiām nosti. Poterat tibi multa referre  
Liuor. Et ex chartis sunt tibi nota meis.

Nota eadem nostris possint ut finibus esse,  
Utq; tuas laudes terra remota legat.

Edo tuo nostros claro sub nomine uersus,  
In quibus hac tenui te modo laude ucho.

His geminum nostri superrado Poëma laboris,  
Nec tetrici, nimium nec petulantis opus.

Quorum unum cecini tibi gratificatus amico  
Ante duos annos, dimidiumq;, puto.

De Viti tediis nuper, thalamóq; secundum  
Currentis brumæ tempore composui.

Quæ sociata simul tibi dedico. Prodcat, opto,  
Et sub tutela uiuat utrumq; tua.

Nam, quod ab his reliquum numeratur in ordine tercio,  
Arbitrio nostro nunc habet illud herum.

Ante

Ante annum docto donuimus illud Adamo,  
Regia quem lautis sumptibus aula fouet.  
Nec spero Vitum laturum durius, à me  
Quod suus in Ianum transmoucatur honeste  
Nam quicquid Iano debet Collinus, id omnino  
Traianus Iano debet et ipse suo.  
Ipse nec exigerem, ppterem si quando maritam,  
A Vito maius munus et officium.  
Esem contentus, si, quod nunc accipit à me,  
Reruderet id nobis, amplius atq; nihil.  
Argumenta, puto, lector, quæ tracto, probabit  
Acquis, ut ingenio laus sit adempta meo.  
Matcrijs nec in his uolui procedere more  
Vulgari. Nouitas gratior esse solet.  
Delectatq; magis, uaria quod psallitur arte,  
Quam, quod continuo ducitur usq; sono.  
Forsan et hæc nostram poterunt exempla iuuentam  
Pellicere ad Clarij mollia castra Dci.  
Tu munus nostrum, laudes tenuesq; serena  
Nobilis Hoddei suscipe fronte, rogo.

Benc ac fœliciter uale optimo D: Mecoenas,  
mcq; tibi commendatum habe. Ex nostro  
inquilinatu, X IIII. die Februarij,  
Anno. M. D. XLV.

A iiiij Epithalæ

EPI TH ALA  
MION DE NVPTIIS D.  
Ioannis Senioris Hodieiouini ab  
Hodieioua, Viceiudicis regni  
Boiemiae, & Annæ á Lim-  
bergk sororis magnifici  
herois Georgij Ziab-  
ka Vicecancellarij  
R: B: scriptum  
ante annos  
ferè tres.

**S**i ueterum per uos, ô Musæ, fama latronum,  
Et detestandum nomen in orbe uiget :  
Viuit enim uestro Thersites munere, uiuunt  
Actnæi per uos horrida monstra iugi.  
Viuit et immanis Cacus, saeuusq; Lycaon,  
Quiq; mala Troas perdidit arte Simon :  
Iustius an multò non uiuere munere uestro est  
Virtutum claros nobilitate uiros ?  
Dicite, quo tecas ornastis honore iugales  
Iani, quo læta est Hoddeouina domus.

Dicite,

Dicite, mansuros uersusq; retexite, coepit  
Quos iam paulatim carperc tempus cdix.  
Nam uos non dubito, cum sacra iugalia Ianus  
Instituit, lœtum concinuisse melos,  
Alternoq; uiri laudes modulamine tanti  
Ad cœli geminos usq; tulisse polos.  
Præmia nam uerstris cultoribus ista soletis  
Reddere, quæ nulla sint peritura dic.  
Vix autem tota de nobilitate Bohemia  
Vos quisquam studio candidiore colit.  
Vos sicut, eorum uerstris opibus sustentat alumnos,  
Diuitias propter uos minuitq; suas.  
Vos sicut, inq; dics magis, ac magis uritur æstus  
Cantus, eorum uocis amore, Deæ.  
Optat eorum, ut nostram rursus migratis in oram,  
Crescat eorum in quoque gloria uestra loco.  
Huic igitur nil uos credam cecinisse, Camoenæ?  
Dum peteret thalamos post sua damna nouos.  
Pandit solennes uersus, cantusq; mouet,  
Et uetus Hodcij iam renouetur honos.  
Vos dictate Deæ, priscumq; retexite carmen  
Ordine, scribentis munere fungar ego.  
Fecissim prius hoc, aberam sed, nec mihi Ianus  
Præterito quicquam tempore notus erat.  
Dixi, cum subito Phœbo comitante sororum,  
Constituit ante oculos turba nouena meos.

A 5              Obstupui,

Obstupui, coepi<sup>q</sup>; metu trepidare, sed illum  
Excusit tali pulcher Apollo sono.  
Ponc metum, Clarij iuuenis cupidissime fontis,  
Afficiunt castas nam tua uota Deas.  
Quod petis, en adsunt ultrò præstare paratæ,  
Excipias celeri carmina pauca stylo.  
Pauca canent, quoniam procul hinc propcramus abire,  
Nec tu defessus scribere multa potes.  
Publica rcs aliò te dicit, Sarmatis ora  
Nos uocat Arctoo semiperusta gelue.  
Ilic Fernandi natæ, regisq; canemus  
Sarmatici nato connubiale mclos.

## CALLIOPE.

Funera qucm sociæ nuper torscre prioris,  
Hoddequinus habet, pectus quo leniat ægrum.  
Adsis ô Hymenæc, toros facibusq; iugalcs  
Ure tuis, orbus quos coniuge Ianus amante,  
Turturis in morcm, cuius fœmella pcrempta est,  
Qualibet infaustis complebat nocte querclis.  
Finis adest lachrymis, cessent luctusq; dolorq;  
Lætior inq; domo Vicciudicis infonet Euan.  
Insonet in thalamis uox castæ blanda maritæ,  
Ut sonat ante marcm frondenti turtur in ulmo.

Clio.

## CLIO.

VVratissouini genbris, Regina, propago  
Coniugis Hoddeij gloria magna fuit.  
Sed cito deseruit socium, fatisq; perempta  
Stemma suum secum tñxaxit in interitum.  
Illi succedens, Iano coniungitur Anna  
E Limbergensi progenieata domo.  
Anna soror docti ac clari germana Georgij,  
Interpres regis fidus is Ausonij est.  
Hæc sociam Iani studijs, & amore priorcm  
Acquabit, sed ea nomine maior erit.  
Tolle tuas Hymenæc faces, pectusq; perure  
Amborum, quo par crescat utrinq; calor!

## THALIA.

Vt flores ucheiniorc flatu  
Læduntur Borcæ, suumq; præter  
Tempus depereunt: honesta coniunx  
Sic Iani teneris adhuc in annis  
Parcarum perijt procacitate,  
Et iusto citius suum maritum  
Cum parua quoq; filia reliquit,  
Quæ mœsti recluat patris dolorem.

Sed

Sed flores alij solent ut ire  
Rursus post alios humo tecente,  
Sic rursus uice iudicis pudica  
Coniunx in thalamos uenit pudicos.

Hos florcre Deus finat per annos  
Tot, quot Matthusalem senex habebat.

## EVTERPE.

Ut suo cantu Philomela tristes  
Pectorum curas fugat, ingreditq;  
Mentibus fractis alacrem uigorem,  
Læticiamq;.

Sic sui cunctis studijs, amore,  
Moribus sanctis, probitate uitæ  
Leniat casus uarios, et æstus  
Anna mariti.

Sarciat damnum, recreetq; mentem  
Sauciam fato domine prioris,  
Et noua Ianum faciat frequenter  
Prole parentem.

Plurimi nati generentur illi,  
Qui patrem reddant hilarem per horas  
Singulas prensando suis paterna  
Colla lacertis.

ERATO.

## ERATO.

Diuorum soboles multipotens Amor,  
Qui firmo socias foedere coniugum  
Mentes, & stabiles ipse facis toros,  
Huc pennis uenias præceptibus celer.

Depromas pharetra deq; tua leuc,  
Aurataq; micans cuspide spiculum.  
Non illud, quod habet cuspide plumbum,  
Quo lites, odium, dissidium facis:  
Sed quod mox penetrat cordis ad intima,  
Quo uerè solidus conficitur fauor.

Illo tu ferias Hoddij iccur,  
Transfigas sociæ pectus & illius,  
Ambos ut parilis corripiat calor,  
Alterq; assidue diligat alterum.

## POLYMNIA.

Exultet procerum chorus,  
Quos mater peperit clara Bohemia.  
Concentu uario domus  
Florcens Hoddij personat incliti.  
Edat multiplices sonos  
Præsenti tumidus tempore multauia.

Tangantur

Tangantur citharæ, tubæ  
Inflentur, crepitent raucaq; tympana.  
Germanam sociat suam  
Hcros Hoddcio namq; Georgius.  
Quæ coniunctio plurimum  
Conducet patrio ciuibus in solo.

## TERPSICHORE.

Adeste Gratiæ, ueni  
Iouis soror, maritâq;;  
Et cum tuo nato Vnus,  
Qui tcla gestat ignea.  
Nouos amoris uinculo  
Arctè ligate coniuges  
Ianum, suamq; Cynthiam,  
Ut & uelint, & sint idem.  
Qualcs fuere coniuges  
Vel Tobias, uel Abraham,  
Vel Zacharias pius scicx  
Elizabeta cum sua;  
Talis sit Anna cum suo  
Consorte Iano, diligat  
Quam mutuo Ianus tamen,  
Ut diligit uitam suam.

Melpomene.

# MELPOMENE.

Ostium Camcræ cito,  
Et fores resercent, quibus  
Est datum hoc onus, & parent  
Lectulos famulæ, venit  
Vesper, & subit umbra.  
Anna cum domino suo,  
Moris pro patriæ, statim  
Ibit in thalamos nouos.  
Ocyus, iuuenes, fores  
Rursus obdite ferro.  
Interim date cantibus,  
Et iocis operam forces  
Ante, dum dominus manet  
Intus, & sociæ suæ  
Præbet oscula grata.

# VRANIE.

Omnibus, ac meritò, studiorum propter amorem  
Suspiciendus homo.  
Quem nobis, nostris & progenie rauit alumnis  
Hoddeiana domus:  
Ingenuam clara dicit de stirpe puellam  
Numine propitio.

Obtulit

Obtulit hanc illi solus terræq; poliq;  
Conditor omnipotens.

Hanc propter domui Iani benc ficit, & omni  
Tempore crescit honor.

Illa suo magnas omni sinc fraude marito  
Accumulabit opes.

Non crit, hanc unquam cur uerbere corrigat ille,  
Vel grauiore sono.

Fida, domiq; manens, nec luxuriosa, marito  
Gaudia magna feret.

Et quanquam lecti multos communis ad annos  
Pignora nulla dabit.

Post tamci aduenict tempus, cum sydcre fausto  
Pignora grata dabit:

Edet & hærcdem patriæ uirtutis, opumq;  
Qui patre maior crit.

Hæc tibi contingent Vatum, nostrumq; perenne,  
Hoddeouine, ducus.

Viuic concordes, nec perturbetur in ullo  
Tempore uester amor.

Lanificæ uobis glomcrent, uestrissq; futuris  
Stamina larga Deæ.

### Epilogus

# EPILOGVS AV- TORIS.

**H**Acc sunt, quæ cupido laudum mihi, Ianc, tuarum  
Dictavit Clarij turba nouena chori.  
Quæ dum mandarem chartis, uiridante corona  
Mox mihi fatidicus cinxit Apollo caput.  
Accepi robur, potui parq; esse labori,  
Vnus & Aonidum scribere dicta nouem.  
Scribere perpetuos mansurum carmen in annos,  
Quod tibi Ianc tuæ concinuere Dcæ.  
Ante quidem multos hoc eди debuit annos,  
Intrabat thalamos dum noua nupta tuos:  
Tempore sed uates illo, qui dicta Dearum  
Exciperet celeri pollicc, nullus erat.  
Me tuus huc erga Musas detrusit, & erga  
Harum cultores non simulatus amor.  
Ausus & Aonides sum sollicitare tot annis  
Exactis, cancerent rursum Hymnæa tuum.  
Suscipe pacato uultu, nec fronte secura,  
Me tibi quod lætæ dant recitante Dcæ.  
Hoc, opto, uigeat duretq; diutius illa,  
Qua nos rex per te, nobilitate, beat.

FINIS.

B EPITHALA

EPITHALA  
MION RECENS SCRIP-  
ptum de nuptijs VITI TRAIA-  
NI à Choterina, & CATHA-  
RINÆ LIVIAE ciuis no-  
uæ urbis Pra-  
gensis.

AD APOLLINEM.

PHœbe sacer sacræ custos Aganippidos undæ,  
Aonij præcips ô uençrande chori,  
Qui colis excelsos colles Hcliconis amoeni,  
Et loca uirginibus nobilitata nouem.  
Quo duce Pierides uarias hinc inde peragranit,  
Sunt animo quoties liberiore, plagas,  
Inuisuntq; suos cultores, nomen & horum  
Versibus æternis nobilitare solent,  
Cur adeo refugis Boicmica regna ? sorores  
Huc adeo rarò cur finis ire tuas ?  
An minus hac regio tibi, quam uel Tcutonis ora,  
Vel quæuis alto terra sub axe, placet ?  
Scimus at ad miseras gentes te sæpe solcre  
Ire, uel unius si moucare lyra,

Barbara

Barbara Pannonicæ loca tu regionis adisti,  
Vsus ubi fueras unius hospitio.  
Nec dubitas hodie paucorum ductus amore  
Quaslibet obscuras promptus adire plagas.  
Ac tibi nunc latices ignobilc flumen Hieræ,  
Potandas præbet nunc Sala pauper aquas.  
Nunc petis expositos populos Erymanthidos Vrsæ  
Luminibus, modo abis littus ad occidutum.  
Nos auerfaris tantum. Tibi nostra probetur  
Præ reliquis quare, nescio, terra minus.  
Sunt etiam nobis, quibus excipiarc, tabernæ,  
Sunt loca Phocæis æquiparanda iugis.  
Sunt grati saltus, sunt prata uircentia, mille  
Fontibus, ac fluuijs irriguumq; solum.  
Nec desunt, quorum posses celebrare perenni  
Eximias dotes, claraq; facta, stylo.  
Materiam tellus daret hæc ad carmina, quantam  
Non Helicon tibi, non Hellas & ipsi daret.  
Texcre tu posses nostræ incunabula gentis.  
Suppeterent chartis uerbaq; resq; tuis.  
Sunt etiam, quorum deberes iura hymnæos  
Lætus inaurata concinuisse lyra.  
Nouimus cgregios iuuenes, tua numina toto  
Pectore præ reliquis qui coluere Dijs,  
Quos amor Aonidum, studij quos usit honesti  
Cura parens cani uerticis ante dicm.

B 2 D<sup>u</sup>W

Dum tamen hi thalamos peterent, tecdasq; iugalcs,  
Te procul à nostris orbis habebat agris.  
Ad sua te frustra coniubia uoce cibant,  
Votaq; cum rapidis hæc periēre Notis.  
Non illis ullum penitus Pæana canbas,  
Nullum paxisti connubiale melos.  
Ergo latet clari torus & fax Venceslai,  
Qui monte à Capyo nobile stemma trahit.  
Ottendorfini quis scit de coniuge Sixti?  
Quis de coniugio docte Rubinc tuo?  
Quis de Sismundi scit, Flauiniq; diserti?  
Helfenberg donat nomina clara quibus.  
Quis medicos Coppum, Leonorumq; esse maritos?  
Quis scit Ludmillam te Philo habere piam?  
Fortius unius uix intra mœnia Pragæ  
Uxorem charam scitur habere domi.  
Austinus uates, Slonus, Rodericus in arcto  
Dulce maritorum climate nomen habent.  
In latebris stat adhuc Thoma tua Torue secunda  
Fax, & Zatcenno uix micat illa solo.  
Pamphilus obscuris, Matthias Ornius atq;  
In thalamis liciti uulnus amoris alunt.  
Quis tecas Hlausæ Petri uidet? orbe tuusq;  
In quam longinquo stat Gamarite torus?  
Fœdera cui scitur lecti iunxisse Cuthenus  
Cum formosa tuis Anna cupidinibus?

Canha

Canha Iacobus habet, quod amat, fruiturq; marita,  
Praga sed hoc omnis uix bene scire potest.  
At si cura foret nostræ tibi laudis, Apollo,  
Si te cultorum tangret ullus amor,  
Debetas horum tedas celebrare iugales  
Versibus, & thalamos concinuisse nouos.  
Debetas, quarum es dux, instigare Camoenas,  
Ut canerent horum docta hymnæa lyra.  
Sed te cura tuae, credo, premit anxia Daphnes,  
Et tua difficilis pectora lassat amor.  
Curris & ad duro contextam cortice Daphnen,  
Ad surdam totius blandaq; uerba facis.  
Scimus. Et icirco culpam tibi demimus istam,  
Neglectum nostri consulimusq; boni.  
Sic tamen, huc posthac ne saepius ire recesses,  
Sed celebres meritæ laudis honore tuos.  
Prætercas illum tacitus nec deinde, tuorum  
De grege coniugium quisquis inire uolct.  
Forsitan haud semper tua te premet inclyta Daphne,  
Nec te perpetua cuspide punget amor.  
Cuspide, Scimus enim, de uulnere sape reuulsa  
Nullum uerani uulnus amoris alis.  
Ad ioca te confers, animum recrerasq; canoris  
Lusibus, & citharæ liberiorc sono.  
Excritis & cunctos ex corde Cupidinis ignes.  
Dum libet, adq; tue dum fugis artis opem.

B 3 Posse

Posce tue artis opem, si quid tibi restat amoris,  
Et curis ad nos liber Apollo, ueni.

Pulcher Apollo ueni redimitus tempora lauro,  
Inq; tuam capias plectra canora manum.

Duc etiam tecum Charitasq; Icuesq; Napæas,  
Atq; omnes Dryadum, Castalidumq; greges.

Nunc opus est cantu, nunc uestræ laudis honoris,  
Nunc opus est læti carminis ominibus.

Nunc uos cæptorum testes optamus habere,  
Auspicio uestro noster egitq; labor.

Pulcher Apollo ueni redimitus tempora lauro,  
Inq; tuam capias plectra canora manum.

Ille tuus cultor Vitus Traianus amicæ  
In thalamos nunc uult ritè uenire sue.

Traianus lingua bonus, & bonus arte canendi,  
Qui sua Gorgoncis guttura lauit aquis.

Pulcher Apollo ueni redimitus tempora lauro,  
Inq; tuam capias plectra canora manum.

Liua iubet ei Catharina, Suiq; pudici  
Hunc faciet socium, participemq; tori.

Liua luminibus nigricantibus, ore rotundo,  
Atq; eadem Pragæ ciuis in urbe nouæ.

Pulcher Apollo ueni redimitus tempora lauro,  
Inq; tuam capias plectra canora manum.

Huic Hymenæa canas, penses huic quicquid honoris.  
Debetas socijs, antè dcdissc bonis.

ipse

Ipse canas, iubeasq; tuas cantare sorores,  
Cantet Hymen, Charites, Iunoq;, cantet Amor.  
Pulcher Apollo ueni redimitus tempora lauro,  
Adueniant tecum numina fausta simul.  
Hospitium dabimus uobis, ubicunq; uolctis,  
Et requiem dignam talibus hospitibus.  
Tecta patent uobis mea, Viti, Schentygariq;  
Forsan et ipse teget uos Rodericus ope.  
Pulcher Apollo ueni redimitus tempora lauro,  
Adueniant tecum numina fausta simul.  
Quicquid siue uolcs tu, seu dictare Camœnæ,  
In socijs, in me non erit ulla mera.  
Ipse uel excipiam calamo dictata, uel illi.  
Illos optarim. Sum quia segnis ego.  
Pulcher Apollo ueni redimitus tempora lauro,  
Inq; tuam capias plectra canora manum.  
Duc etiam tecum Charitasq;, leuesq; Napæas,  
Atq; omnes Dryadum, Castalidumq; greges.  
Fallor? an accensis facibus mea tecta coruscant?  
Vulcanusq; meas depopulatur opes?  
Me miserum, mihi quis flamas huic intulit istas?  
Quis mihi sustinet hæc damna circare furor?  
Obstupco. Musæ uenient. Venit æquus Apollo,  
Vim comitum secum multiplicemq; trahunt.  
Agnosco Charitas, Hymenæa, Iouisq; maritam,  
Ponè pharetratus quos comitatur amor.

Saluc Phœbc pater uatium, saluetc sorores,  
Cum reliquis saluc tu pharcratc puer.  
Fronte facit nutum Phœbus, quasi quid mihi uellet  
Dicere. Dic, si quid pulcher Apollo cupis.  
Dicite uos etiam bona numina, si quid habetis.  
Excipiam uestros quomodocunq; sonos.

## A P O L L O.

Et uota & tristi missas ex cordc querclas  
Audiui, citharamq; tuam lugubre sonantcm,  
O uates. Tua uox nostras penetrauit ad aures  
Cum leuibus tenuis uentis portata per auras  
Huc, ubi frigoribus septem subiecta trionis  
Teutonis ora sita est, Vbi nunc preclara Poëtæ  
Germani, magno conatu Cæsaris acta,  
Gallorumq; Duccm uictum fœlicibus armis  
Carmine describunt, uicti recteguntq; superbias  
Fraudes, uictorisq; uehement placabile peccus  
Laudibus, exemplum scris utrumq; futuris  
Utile. Nam terra nunc nos habitamus in ista,  
Ex quo Turcorum ueteri nos sedc Tyrannus  
Expulit, & nostros inuasit turba penates  
Barbara. Nunc Helicon, nunc est Parnasus, & alta  
Hippocræne, et opes nobis Teutonide in ora,  
Hospitium nobis ibi dant heroës, aluntq;

Nos

Nos animo prompto nonnulli, præsidiumq;  
Contra hostes nobis præstant, benc nosq; tuentur.  
Turbaq; mystarum diuinos reddit honores,  
Et laudes nobis, sacrum peragitq; uictus  
Mors Poëtarum, fumos adoletq; Sabæo  
Thurc magis gratos, addicta fidcliter arti  
Inuentæ nobis primum, studioq; canendi.

Illuc ergo tuas ad nos lcuis aura querelas  
Pertulit, & uotis iteratas sæpc Camœnas.  
Vota mouent Musas. Nihil has mouere querelæ.  
Nec pertraxisses nos huc, nisi uota fuissent.  
Illa ualent, & sunt iusta, est iniusta querela.  
Impingit præter meritum quia turpia nobis  
Crimina. Nos nostros quasi non curcmus alumnos,  
Quos habet hinc atq; hinc circundata montibus ora,  
Et formidandis tellus habitata Bohemis.

Atqui nos & amor par, & par cura fatigat  
Cultorum uarias sparsorum hinc inde per oras,  
Nec cunctos inter quodquam discrimen habemus.  
Omnibus ex æquo cupimus benc. Laudibus æquè  
Cunctorum sinc respectu, studijsq; fauimus.

Sed quod non cura simili propramis ad omnes,  
Votaq; cunctorum patula non sumimus aure.  
Fit ratione loci, prauis fit moribus istud  
Ulorum, nostri uiuunt quos inter alumni.  
Si sua cuiq; salus chara est, si nemo pericla

B S      ipse sibi

Ipsē sibi accersit prudens, nec numina tali  
Corde carent. Etiam nobis est cura salutis  
Nostræ, cœlestesq; Diij discrimina uitant,  
Inq; pericla suam metuunt adducere uitam.

Ausa suum non est natum Cythera iuuare,  
Fugit & ex mcdijs pugnæ scruoribus ipso  
Deserto, propriam cupiens seruare salutem.

Quid Mars? Nōne Deus fortissimus unus habetur?  
Qui domat immensum, miscetq; tumultibus orbem.  
Et tamen ille timet uitæ discrimen adire.  
Cessit is unius mortalis sauciis hastæ,  
Nec Diomedes uoluit contra ire furores.

Et tu miraris nos ad natale uenire  
Nolle solum, sedesq; tuas, ubi plurimus hostis  
Insidias nobis tenditq; negatq; quietem.  
Nec solum Musas, & honestas despicit artes,  
Sed uarias spræctis fraudes molitur, & arma.

Arma timent Musæ. Musis gratissima pax est.  
Iuppiter ad pacem Musas formauit incrmes,  
Indidit & pauidos intra præcordia motus.  
Non uadunt illæ, nisi pax ubi floret, & omni  
Absq; mctu possunt sua promere carmina lætis  
Vocibus, indectæ non impediente cohortis  
Insano strepitu, uerbisq; minacibus, ipsas.

Nec mihi sunt uires uel Musas posse tueri,  
Vel centaurorum tantos sedare furores.

Six

Sim licet armatus iaculis, & nobilis arcus  
Arte, ferum quondam quo conficiq; draconem,  
Et multos misi sub tartara nigra Pelasgos.  
Quo Nioben ipsam, Niobes quo pignora morti  
Multa dedi Stygiæ, tenebrisq; potentibus orci.

Concidit hæc nobis iam pridem gloria, nullus  
Ufus eſt arcus nostri, noua tegmina postquam  
Sunt inuenta, quibus mortales corporis artus  
Tutantur, duri de massa facta metalli,  
Quam nulli gladij, nullæ penetrare sagittæ,  
Nulla ualent ualido perfringere tæla lacerto  
Emissa. Et fortis solus qui rumpere clava  
Arma hæc, tormento glandesq; ualceret aheno,  
Excipere, exclusas, uilloſi pelle leonis,  
Desigit esse comes Musis, terrasq; reliquit  
Alcides magni proles generosa tonantis.

Ac licet hic aliqui sint, qui defendere uellent,  
Viribus Herculcis Musas, sed parua facultas  
Suppetit his, prohibetq; potens fortuna uolentes.

Quò nobis saltus? quò prata uircentia? diuīs  
Quò tot opum tellus? si non modo nulla Camoenis  
Præmia redduntur, nulli redduntur honores,  
Eripitur sed pax etiam, se ruorq; canendi.

Malumus extremos etiam Garamantas adire,  
Atq; ibi uersari contenti rebus egenis,  
Dum modo pax adsit, dum qualiscunq; scratur.

Gratia

Gratia carminibus, studioq; Heliconidos artis,  
Quam uel in Elysijs sine pacc mancre uirctis.

Hungarica quondam, fateor, uersabar in ora,  
Pieridum donec uiuebat gloria Ianus,  
Donec adhuc fuerat Scythicis immunis ab armis,  
Turcorumq; parum tellus ea nota Tyranno.  
Illa quidem nobis tunc præstabatq; quietem,  
Et pro carminibus iustos soluebat honores,  
Barbara sit quamuis, quamuis capiatur amore  
Martis, & armorum potius, quam nobilis artis  
Cantandi. Requicm tua si præstabit candem  
Patria, si similcs Musis persoluet honorcs,  
Sæpius, ac ultro uestras uenimus ad urbcs,  
Linquemusq; Salam, linquemus flumen Hicræ,  
Linquemus laticcs Oderæ, ripasq; colemus  
Multauiae, tumidi fontesq; tenebimus Albis.  
Nec spernemus aquas Aquilæ. Ludemus ad Isram,  
Ducemusq; choros quâ truttifcr Vppius undas  
Effundit, qua Myza fluit, quâ labitur altus  
Albula, Sazauie uitreis tingemus & undis  
Corpora, manantes paßimq; per arua Bohema  
Fontibus ex liquidis liquidas potabimus undas,  
Totius & densis uestita cacumina syluis,  
Suppositasq; iugis uallcs peragrabimus oræ.  
Quasq; damus uircs Germanis uatibus, istas  
In uersus dabimus Boicmis deinde Poëtis.

Surget

Surget & hic aliquis quoq; uel clarissimus Hessus,  
Uel uates, nostri cui nupta Melanthonis Anna est,  
Facundo ore bonus, citharæ bonus arte, Sabinus,  
Uel Logus, undanti fundit qui carmina uena,  
Carmina conspectu magnorum digna uirorum.

His animum dabimus cupidum celebrare suorum  
Gesta patrum, dabimus flatus ad facta secundos  
Clarorum ueru præclara uehenda uirorum.

Ipse canam pariter, modulisq; iuuabo canentes:  
Ipse meis, ac uel pertexam Ferdiniandi  
Principis heroo decus, & mirabile, plectro,  
Iusticie studium, studium pacisq; tuncndæ,  
Et doctos erga uerumq; piumq; fauorem:

Vel grandi includam certamina magna cothurno,  
Quæ uetus urbs habuit Pragensis, & ipse Senatus  
Pro studijsq; bonis, & nostræ partis alumniis,  
Tabificus uaria liuor quos arte premebat,  
Quos indefesso curatq; labore Senatus,  
Sollicitus miseramq; uicem, casumq; scholarum:

Vel breuibus lœtos elegis cantabo hymnæos  
Illis, qui uel amant Musas, uel honesta iuentur  
Iura Poëtarum, scptem tenduntq; per artes  
Ad decus, & ueræ uerum uirtutis honorem:

Vel uario laudes cantu miscabo uirorum,  
Clarorum, Latij summum subuexit honoris  
Quos fauor ad culmen regis, quos ardua uirtus

Aptetulit

Ante tulit reliquis, fecitq; tenere priora  
Tam loca, quam partes Romani regis in aula.

In quorum numero est stirpis Plauncensis alumnus  
Hercos Henricus, nunc Cancellarius oræ  
Boicmæ: Et clara germani stirpe, domoq;  
Lobcouicena geniti scniorq; Ioannes,  
Et Ladislaus, Marschalcus regius iste,  
Boicmi Iudex regni supremus at ille:

Ernestusq; Baro, cui Gileminia pubes  
Paret, honoratus regis consultor in aula:

Regis & interpres, Viccancellarius atq;  
Zabca: Bonus fautor Grispeckius atq; bonorum,  
Consultor regis, Cameræ recogniq; Senator,  
Idem præsidium uatum decus atq; suorum:

Et, quem consilijs adhibet rex doctus Adamus  
Carolus: Hcltus item Sigmundus in ordine primus  
Succedens Zabcæ nunc conditionis honor.

Fautor, & antistites uatum Loxanus ad istos  
Addetur: summus necnon Capitancus arcis  
Pragæ, Vicessouicius Wolfgangus: itemq;  
Regalis sobolis præceptor Horatius, & quem  
Cæsar is exercevit nunc castra, grauesq; labores  
Militæ, Janus Lambergius oræ, discretio,  
Instructusq; bonis studijs belliq; togæq;

Adiçiam reliquis etiam Vicciudicis oræ  
Boicmæ laudes, Hoddeæ stirpis alumni,

Qui

Qui patrios ornat uates, cumulatq; subinde  
Donis, ipsorum sortem miscratus egnam.

Hæc ego præstabo, si pax hic parta Camoenis,  
Si requies fucrit concessa colentibus artem  
Cantandi. Nec me Daphne remorabitur ulla,  
Nullus amor, quamuis interdum sœua medullas  
Flamma mias lambat, ueteresq; cupidinis ignes  
Experiar, duræq; querar præcordia Daphnes  
Dura meis blande non emollita rogatis.

Omnia postponam, studioq; uacabo canendi  
Ardeboq; nouo præclaræ laudis amore,  
Inq; Bohemorum querendi nominis ora.

Ipsæ etiam, quarum dux sum, mea cura Camoenæ  
Sæpius huc mecum uenient, cantusq; ciebunt,  
Si pax, si requies dabitur uenientibus ulla.

Pax Dæ haud uenient, ueniam non ipse, negata,  
Noster utut pergit nos grec onerare querelis,  
Neglectumq; sui nobis impingat. Honestæ,  
Iudice uel quouis, est excusatio nostra.

Nunquam siue tuis, seu cuiuscunq; querelis  
Adducimur ad hoc, ut conijciamus in hostes  
Corpora nostra, dolos nobis sine fine suentes.

At neq; nunc uestrás aduenissimus ad oras,  
Nec nos uidisses intra amplæ moenia Pragæ,  
Quâ rigat incuruas sinuosus Multaua ualles,  
Ni nos uota, precesq; pio de pectore missæ

Mouissent.

Mouissent, & cibur percussum supplice plectro:  
Ni nos mouisset noster propensus in istum  
Grandis amor iuuenem, quem nunc formosa pudici  
Assumit socium coniunx sibi Liuia lecti.

Illius haud ficto nos corde fauimus honori,  
Et cupimus iustas illi persoluere laudes.  
Nam studiosus erat nostri, nostrasq; per artes  
Assurgebat humo mox prime etatis ab ortu,  
Dum puer externas nos propter adisset & oras,  
Hesus ubi studio magno sacra nostra docebat,  
Quâ sita Thuringo est Erfuria diuina in orbe.

Illic exemplo uatis præstantis, & arte  
Adiutus, coepit pueriles ludere uersus,  
Oraq; Gorgoneis paulatim tingere Lymphis,  
Donec ad extremum patriam regressus in oram  
Parnasi celsas celer euasset in arces  
Doctus & heroos, elegosq; effundere uena  
Paupere nequaquam uersus, quos propter adeptus  
A rege est Latio quoq; nobilitatis honorem  
Ad classem gratis uirtute euictus Equestrum.

Huic igitur propterq; preces, quas fundis, & ultrò  
Dicemus laudes aliquas, laetumq; canemus  
Carmen ad ornati recitandum claustra cubilis,  
Sponsa ubi cum sponso camera claudentur in una.

Sed quia mox alio rursus properamus abire  
Et studium propter grauius, propterq; pericla,  
Quæ nos

Quæ nos magna solent hic, ut scis ipse manere,  
Cantibus in nostris compendia grata sequemur,  
Nec multos ncruis uersus sociabimus ictis,  
Declarare brcui contenti carmine nostrum  
Vnanimes erga uatem fponsumq; fauorem.

Vnica de numero cantabit Musa noueno,  
Supplebitq; locum citharaq;, & uoce, sororum,  
Aut iunctis cantus miscebunt uocibus omnes.

Has Charites, Hymenæus, Amor, Iunoq; canendo,  
SI cupient, ipsos penes est ea cura, sequantur.

Tu celcri nostros calamo nunc excipe cantus,  
Iunctaq; percussis Musarum carmina ueruis  
Tradc tuis tabulis, aut chartæ tradc fideli.

F I N I S.

C CHORVS

# CHORVS MVSARVM

**N**uptias quondam celebrare cantus  
Mos erat nobis uario uirorum,  
Quos genus, quos Iuppiter cunctebat  
Ipse sub astra.

Vllus heroum nec erat potentum,  
Qui suis nos non adhiberet orsis,  
Dum maritalis cuperet cubilis  
Fœdus inire.

Hoc dabant illi reuarentiaeque;  
Sanguinis, Communis enim parens est  
Iuppiter nobis, studio dabantque;  
Nobiliori.

Et quidem nullum decus arbitratim  
Sunt suis illustre magis futurum  
Nuptijs, quam nos, & honesta nostræ  
Carmina uocis.

Optime norant quia munus esse  
Hoc suum, rectis studijs uacare,  
Nos suæ curæ, fiduciique norant  
Eesse relictas.

Nosque patronis meritas uicissim

Talibus

Talibus grates animo dabamus  
In lyrae cantum facili, uententes

Laudibus illos.

Comprecabamur bona, prosperumq;  
Hoc genus uitæ pariter procōq;  
Et nouæ nuptæ, moritura nunquam

Vota cientes.

Nec fuit nobis labor usitatus  
Vel magis, uel gratior, intonare  
Sanguinis quam nobilioris acta

Clara uirorum.

Degener sed nunc genus hoc, autæ  
Nec memor laudis, studium relinquit  
Artium, Musas procul omnibusq;

Arcet ab aulis.

Dedecus censent, decus unde corum  
Consequebantur proaui, patresq;  
Et, quod hispernunt, proauis parauit

Nobilitatem.

Nobilem dicunt propriè ducere  
Quidlibet, præter sacra, litterasq;  
Has ad artistas, monachos ad unos

Illa relegant.

Vtq; nil dignum faciunt honore  
Ulli laudis, fugiunt honoris  
Sic paratrices, decorisq; testes

Nempe Camœnas.

C 2

Vtq; nil uita faciunt in omni,  
Præter hoc, quod uenter incrs, gulæq;  
Imperat, suadet, monet, exigitq;

Dira uorago:

Sic & in sacris thalami recentis  
Nil agunt, grandes nisi quod bibendo  
Amphoras siccant, onerantq; multis  
Viscera ferclis.

Tam diu potant, comeduntq;, donec  
Per gulam rursum cibus cgeratur,  
Angulus donec uomitu canino

Fœtcat omnis.

Apparant mensas uarijs ciborum  
Luxibus, quales Clcopatré amator  
Ebrius, quales habuit Tyrannus  
Assyriorum.

Perstrepunt ædes ululatibusq;  
Ebriosorum, crepituq; Stanni,  
Summa dum nullo feriunt repleta  
Pocula Baccho.

Nil ibi sacri. Furiosa Erinnys  
Nuptias horum regit & gubernat  
Sola, nec Musas patitur uel ipsum  
Limen adire.

Nuptias ergo tenuis piorum  
Nunc frequentamus, generis nec ulla,

Aut si

Aut superborum patrij cruoris  
Nobilitatē,

Qui caput tollunt uarias per artes  
Altius uulgo, proprijsq; factis  
Comparant ipsis sibi, posterisq;  
Nobile nomen.

Qui bibunt fontem uolucris Caballi  
Ungula factum, studijs uacantq;  
Musicis, docti citharam mouere.

Carmen ad ipsum.

Hi ferè nos excipiunt, uocantq;  
Ad suas mensas, quoties celebrant  
Nuptias, iungunt quoties recentes  
Cum parc lectos.

Audiunt illi citharam libenter,  
Quam pater nobis dedit, ut canamus  
Ac celebramus meritos perenniem

Laudis honorem.

Hac pijs uatis canimus recentes  
Nuptias, dicit sibi qui maritam  
Liuiam, qui nos uocat ad iugalis

Fœdera lecti.

Illiūs cœptis benedictionem  
Det suam uasti moderator orbis,  
Et noui firmet thalami calorem  
Ipse, preciamur.

C 5

ipse con-

Ipse coniungat iuuenem maritum  
Cum noua nupta, faciatq; lectos  
Fertiles horum, faciat ferendis  
Fructibus aptos.

Ex toris horum numerosa sensim  
Pignorum surgat seges & propago,  
Qua domus, qua stirps Choteriniana  
Crescat in æuum.

Producant ex his aliqui, paterni  
Per manus ad quos ueniat gradatim  
Stemmatis splendor, ueniat coruscis  
Pegasus alis.

Qui patri partas studijs honestis  
Laurcas frondes hedera reuinctas,  
Et coronatam galcam, reseruent,  
Possideantq;

Qui patrem cantu referant, & arte  
Carmimum, Musas foucantq; & ornent,  
Ordini per quas pater est eorum  
Iunctus Equestri.

GRATIAE

# GRATIÆ.

**I**ntr coniugij mala  
Non crux coniugibus tristior accidit,  
**Q**uam discordia, quam uiri  
Morcs dissimiles, & sociæ tori.  
**N**il hic, perpetui nisi  
Quæstus, suspicio, uerbera, prælum.  
**A**ltcr surgit in alterum,  
Et lingua geritur res, geritur manu,  
**V**t sit uel satius mori,  
Quam tam diffcili coniugio frui.  
**C**ontra, non aliud bonum  
Est in coniugij sorte beatius,  
**Q**uam concors animus uiri,  
Et pectus sociæ conuicnens suæ.  
**H**ic nil sic miscrum potest  
Nasci, quod pietas non ca molliat,  
**Q**uod non exuperet pia  
Uxor is domino copula cum suo.  
**S**iue igni periit domus,  
Scu furto ancipiti raptæ pecunia est,  
**S**eu grando sata contudit,  
Scu pectis rapuit dulcia pignora,  
**C**oncors omnia coniugum  
Hæc lenit, releuat, pectus amantium.

C 4 Tali con-

Tali coniugio fuit  
    Vsus primus Adam cum socia sua.  
Tali, qui uagus in plagas  
    Ibat Niliacas coniuge cum Sara.  
Tali ambo quoq; Tobiæ,  
    Et Susanna suo cum Ioachim pia.  
Tali cum pare Liuia  
    Traiano liceat perpetuo frui.  
Concors copula uinciat  
    Hunc, illamq;. Velint ambo, & agant idcm.  
Concordem supercent torum  
    Augusti, supercent basia Liuiæ.  
Viuant, ut duo turturcs.  
    Concordcs supercent Cypridos alitcs.  
Innexi sibi mutuò  
    Vlmos cum socijs uitibus exprimant.  
Iunctis mctibus exprimant  
    Daphneis hederas implicitas comis.

IVNO.

**M**aximus creator orbis  
Dum creauit omnia,  
Ultimò uirum figuram  
Fixxit oris ad sui,

**Q**ui mari, terræ, creatis  
Qui præcesset omnibus.

**S**ed nec ille tot regendis  
Rebus unus par fuit,  
Nec frui suauiore  
Quibat ipse gaudio,  
Bestias uicturus inter  
Non habens sibi parem.

**E**rgo conditor sodalem  
Huic dedit uiraginem,  
Imperatricem futuram  
Conditoris plasmatum,  
Quæ uoluptati marito  
Esset, & solatio.

**N**on bonum est manere solum,  
Inquit orbis conditor,  
Moxq; dormientis uno  
Osse sumpto masculi  
Fœminam formauit alba  
Albiorem sindone.

**H**aec ea est, quam fabulosa  
Tradidit gentilitas  
Esse coniugem, & sororem  
Fratri, & uiri iouis,  
Quam, quod est marita prima,  
Præsidem dat nuptijs.

Cg Hecca

**H**Acc ed est, ex uentre cuius  
Fluxit omnis natio,  
Cuius à fœcunditate  
Terra iugiter uiget,  
Et noui subinde mundo  
Suscitantur filij.

**H**Anc Deus creator omni  
Expectentī nuptias  
Fecit exemplum sodalis  
Deligendæ masculo,  
Innuens, coire finc  
Debcant quo coniugcs.

**F**'Ecit hanc autem puellam,  
Non puellum, non anum.  
Fecit aptam procreandis  
Liberis dulcissimis.  
Fecit & nudam, nec ullis  
Turgidam pecunijs.

**Q**uisquis ergo copulatur  
Cum sodele dispari  
Fine sprecto principali,  
Quem creator tradidit,  
Peccat, ordinationem  
Polluitq; numinis.

**Finis**

**F**ine contrâ principali  
Qui retento nuptias  
Contrahit, dulcissimorum  
Liberorum gratia,  
Recte agit. Beabit illum  
Omnibus bonis Dcus.

**I**llc coniuges recentes  
Cum sua Vitum pari  
Copia rerum bonarum  
Donet, ornat, implcat,  
Solius qui prolis ergo  
Contrahunt connubia.

**E**st uterq; par & annis,  
Par opumq; copia  
Alteri. Coniunxit illos  
Legis insolubile  
Vinculum, quam sanxit ipse  
Institutor coniugum.

**C**rescite, & domum replete  
Filiorum millibus.  
Germinet torus quotannis  
Vester, & fructum ferat.  
Areat stirps uestra nullo  
Seculorum temporc.

**CUPIDO.**

# C V P I D O.

**C**Vncta Cupidinco quis subdita nescit esse regno?  
Non est amoris nota cui potestas?  
Subiicit ille sibi, quos uult, quibus admouere tantum  
• Fulgentis audet cupidem sagittæ.  
**A**c neq; uir sapiens, fortis neq;, sanctitate clarus  
Neq; huic resistit. Scit domare cunctos.  
**Q**uis Davide fuit rex sanctior? Acrior quis uno  
Samsonem milles? promptiorue dextra?  
**Q**uis Solomonic fuit sapientior, eruditiorq;  
Dcuicit omnes hos tamen Cupido.  
**B**athseba Dauidem, Solomona ligauit exterrarum  
Grex foeminarum uinculis amoris.  
**D**clila Samsonem, Martem Venus, Herculem subegit  
Amor proterius Lydiæ puellæ.  
**I**lle supercilium deponere tetricos seuerum  
Cogit magistros, cogit esse lætos.  
**C**ogit & assuctos pro libertate Stoicorum  
Pugnare, turpem ferre seruitutem.  
**A**c modo foemincos mulierib[us] ad pedes sedere,  
Leuare fusos nunc suæ puellæ,  
**N**unc mundi immundi contingere scrinium, Tencere  
Nunc complicandas cogit artus uitias,  
**C**urrere nunc ad amicæ limina, nunc domo relictæ  
Procul per hortos inseguiri uagantem.

Et quo

Et quo quis magis hunc contra uelit ire, seruitutis  
Iugoq; turpi cogit et leuari:  
Hoc magis urit amor, calcaribus & premit rebellem,  
Semelq; captum possidet potenter.  
Qui sapias, abstineas ab Amoris cautus illeccbris  
Inscit unquam te, caue, Cupido.  
Principijs obsta. Non te medicamen adiuuabit  
Ullum, semel cum cœperis amare.  
Per medium nudus sine remige nauigabis aequor,  
Inibis ignes æstuans amore.  
Ibis & infernum formidine cassus ad Tyrannum,  
Mori uel audax gratia puellæ.  
Omnia suscipies, ad quæ modo cunq; te Cupido  
Semel ligatum perget incitare.  
Acquor Abydenus iuuenis sine nau transfretabat  
Amore captus Scistiæ puellæ.  
Thrcicius uates Plutonia regna permovauit  
Pallentis orci gratia maritæ.  
Pyramus ipse sibi propter Babyloniam puellæ  
Flamas adegit dexteram cruentam.  
Multipotens amor est, quem uult ferit aurca sagitta,  
Feritq; quem uult, plumbæ sagitta.  
Vulnus utraq; facit curabile nullius medentis  
Laborc, nullis pharmacis leuandum.  
Hinc fit, ut alter amet, fugiatq; ab amantis alter ore.  
Contemptus istum torquet, hunc Cupido.

Hoc

Hoc erat expertus uatum decus, & parcens Apollo,  
Cœpit superbam dum calere Daphnen.  
Experiuntur idem semper, nimis alta qui laborant  
In strata lecti coniugalis ire.  
Aut, qui diuitias solummodo propter, incitati  
Amore nullo, diligunt maritas.  
Tale nihil sed enim metuet, cruce nec premetur ista  
Traianus intrans Liuiæ cubile.  
Aequus amor simili quia uulnra sauciauit ambos,  
Percussit ambos aurea sagitta.  
Ut calct illa uirum, sociam calct ille sic uicissim.  
Vtrumq; iunxit mitior Cupido.  
Nec uel eos pontus, distantia magna uel locorum,  
Vel murus ullus separat domorum.  
Ambos una capit domus. Absq; periculo fruuntur  
Amore curis omnibus soluti.  
Illicitus nec eis seruas amor injicit catenas.  
Amant honestis legibus ligati.  
Semper amant. Multos ipsis amor iste stet per annos,  
Nec fata iunctos separent amantes.  
Vitus ad exemplum Gracchi facit Liuiæ calcscat,  
Adæquet acres Plautij calorcs.  
Liuiæ Penelope aequet, Mithridatis optimamq;  
In coniugali coniugem tempore.

HYMENAEVS.

# HYMENÆVS.

**V**ite, qui nouem Camœnas  
Cœlibes, castas, amoënas  
Diligebas hactenus, io, io.

**Q**ui Mincruæ, qui Dianæ  
More plcbis haud profanæ  
Milcs & mysteras, io, io.

**M**ilitabis nunc Amoris,  
Sortis & molestioris  
Pellibus sub asperis, io, io.

**M**ilitabis, & litabis  
In toro tuæ sodalis  
Fastuosæ Cypridi. io, io.

**D**iliges nouem fororum  
In loco dcindc solum  
Vnius consortium. io, io.

**D**iliges nouam puellam,  
Et tuis cius labella  
Admouebis osculis. io, io.

**P**one uestes uirginales,  
Induasq; coniugales  
Mobilis Cupidinis. io, io.

**Dic uale**

Dic uale choro Dianæ,  
Iam uocaris coniugale  
Ad cubile Liuiæ. Io, io.

Pone laurcam coronam,  
Ne profanes tanta dona  
Numinis poëtici. Io, io.

Cinge myrtea capillos  
Fronde, flosculis & illos  
Delicatis impedi. Io, io.

Solute zonam uirginalem.  
Sume ceston, ipsa qualem  
Porrigit tibi Vcnus. Io, io.

Abde Delphicas lucernas.  
Prome tadas luculentas.  
Aurci Cupidinis, Io, io.

Prome fulgidas sagittas,  
Quas amor dat, instat ista  
Nocte prælium tibi. Io, io.

Dux Hymen tuam maritam  
Commouabit. At sagitta  
Te Cupido proteget. Io, io.

Iamq; tempus instat huius  
Prælij, fac sponsæ munus,  
Ipsa quod res exigit. Io, io.

Iam satis

Iam satis conuiuioq;  
Cantibus satis datumq; cst.  
Sponse fac munus tuum. Io, io.

Quarta forsan hora noctis  
Surgit, & germana mortis  
Excrit caput quic. Io, io.

Hospites tuos abire  
Fac finas, & in cubile  
Ipse uadas cum pare. Io, io.

Cœtus illic stat honorum,  
Cura tangit quos honorum,  
Et tui præconij. Io. io.

Hi tibi canent cubiliſ  
Ante ianuam, quod illis  
Suggeret Bacchus madens. Io, io.

Prodcas. Cur sic moraris?  
Ostium patet. Toralis  
Apparatus albicat. Io, io.

Sponse cum tua ntarita  
Prodcas, & dulcis intra  
In theatra Cypridis. Io, io.

Vos Hymen sequetur, atq;  
Iuno, filiusq; castæ  
Matris Aeneæ pij. Io, io.

D

Stent

Stent foris Phœbus, Camœnæ.  
Est opus nil hic amoœnæ  
Vocis, aut Lyræ sono. Io, io.  
Virgincs sunt. Introire  
Non eas decet cubile  
Coniugum recentium. Io, io.  
Aufer hinc lychnos, minister,  
Ostiumq; claudat iſte,  
Qui præest cubiculo. Io, io.  
Vite cum tua sodali  
Lude nunc, & uiue, quali  
Ipſe concupis modo. Io, io.  
Gaudium uestrum profanct  
Non dolor, non cura. Tales  
Sitis, ut nunc, iugiter. Io, io.

ALIVD EPITHALA=

MIVM DE N V P T I I S C H R I S T O=

phori Mcltzeri, ac Sabine filij Georgij Ver=

ncri, scrniſſimi Romanorum regis Con=

siliarij, arcisq; Saros Præfcti. Scri=

ptum ante annum in gratiam ma=

gnifici, ac uirtute & doctrina

egregia præditi. D:

Adami Caroli,

Consiliarij ac Secretarij Regij.

AD D: ADAMVM CA-  
rolum, patronum atq; ami-  
cum obseruandum  
suum.

Matthæus Collinus.

**E**ffudi carmen prorsus ratione sine omni  
De filia Georgij.

Illud, nescio, quo pacto tibi Adamc placbit,  
Certè mihi placet parum.

Sufficiens quoniām nec erat mihi sylua canendi,  
Nec suppetebat otium.

Nec genus istorum, cano quos, fortuna nec, ulla  
Ex parte nota sunt mihi.

Discessumq; tuum propter meditatio non est  
Concessa diligentior.

Quicquid id est, haud est ullius laudis amore  
A me profectum, Carole.

Impulsus uerbisq; tuis, donisq; negare  
Tibi rogata nolui.

Suppletat officium, quod diminuetur incipi  
Poematis centonibus.

D a EPITHALA-

# EPI THALA MION DE NVPTIIS

Christophori Meltzeri, ac  
Sabinæ Georgij Ver=  
neri filiæ &c.

A P O L L O.

**I**nclita progenies, Musæ, Iouis astra regentis,  
Nomina magnorum facitis quæ clara uirorum,  
Et uestrros uechitis cultores laude perenni,  
Obscura sinitis quenquam nec morte perire,  
Linquitc nunc Helicona, citi fontemq; Caballi,  
Aoniasq; domos, & nobilis Hellados arces,  
Impius oppleuit quas Turca cruore piorum,  
Cædibus & uestræ sedis fœdauit honorcm.  
Linquitc, Pannonias mcccumq; inuisite terras,  
Fluminis & tumidas Tiffæ diuertite ad undas,  
Tiffæ, quem iuxta posita Verncrus in arcc  
Præsidet, incursus Getici reprimitq; Tyranni,  
Artibus instruct us belli, pacisq;, Mincrua  
Quas ipsum doc uit, geminoq; ornauit honore.  
Hic, ut ait, qui uana loqui non nouit, Adamus  
Caroleus, natam nuptum nunc elocat, atq;  
Dat iuueni sponsam Meltzero, nomen habenti

A Christo,

A Christo, parat & thalamos unire duorum.  
Adsitis, studiumq; uiri lenite sorores  
Cantibus, & dulci chelyos modulaminc. Prima  
Plectra moue Vranie, reliquæ tc deinde sequentur.

## V R A N I E.

C Andidus Aonidum natam Vernerus amator  
Elocat, & claro donat habere uiro.  
Adsis o rutili sanctissime rector Olympi,  
Coniugio huic auspex solus & esse uelis.  
Tu bencdic thalamis sponsi, sponsæq; quotannis  
Audiat hæc matris nomen ut, ille patris.  
Ut tibi cultores generent, solamen auoq;  
Tutores patrio, præsidiumq; solo.

## E R A T O.

C Hristophorus Christi summos imitetur amores,  
Ecclesiam quibus fouet.  
Arctior haud ulla est usquam coniunctio, Christi  
Quam cum sua est Ecclesia.  
Arctior est homines inter coniunctio nulla,  
Sponsi sua quam cum pari.  
Nam duo iunguntur sic, sicut corpus ut unum:  
Amentur ergo mutuo.

D 3 TERPSI=

# TERPSICHORE.

Pictate Sabina Sabinas  
Vcteres imitetur, acerbum  
Nec dissidium patiatur  
Inter generum, Sacerumq;  
Socium thalamiq;, patremq;  
Quocunq; modo suboriri  
Unquam: Medict sed, & inter  
Ambos sit ut arx, clypeusq;.

# CALLIOPE

Q Vcm locum marita dcbeat tencre,  
Conditor ipse docet.  
Condidit nam fœminam nec è supremo  
Verticis ille loco:  
Parte rursus infima nec masculini  
Corporis, ex pedibus.  
Osse sed potissimum circauit illam  
Corporis è mcdij.  
Scilicet uir ut suæ præsit maritæ,  
Parcat illa uiro.  
Sic tamen præsit, leuem, ne, ecu ministram,  
Conterat hanc pedibus.

# EVTERPE

## EVTERPE.

**C**Essent Martia classica,  
Permisti sonitus & lituo tubæ.  
Nec matres querula suos  
Natos ingeminant uoce ncci datos.  
Nec quisquam memorat graues  
Clades, Turca ferus quas tulit Hungaria.  
Pulsatur modo barbitos.  
Inflentur uario carmine tibiæ  
Lætum læta diem decent.  
Exceret choros, uiuite lætius.  
Venerus quoniam suæ  
Hoc natæ celebrat tempore nuptiarum.

## CLIO.

**C**oniuges hos, summe Dei, nouellos  
Sic regas, ut nil faciant, notari  
Quo queat clarum, quod habent uterq;  
Nomen, in orbe.  
Augeas dotes utriusq; tendant  
In dies uirtutis ut ad cacumen  
Patris exemplo propius Georgij  
Nobilis ambo.

D 4      THALIA,

## THALIA.

**F**los quali roscus solct decore  
Spinas inter, & arbutos nitere:  
Sic Mcltzere tuum dccus tuæq;  
Uxor is niteatq; floreatq;  
Inter scmidcos, & inter omnes  
Mortalcs, percat ncc, auolctuc,  
Ad uestros ueniat sed usq; longa  
Annorum scrie pios ncpotcs.

## POLYMNIA.

**A** Beste gentium profana numina  
Iuno, Venusq; Cypria.  
Et tu Cupido fax amoris impij,  
Ignita qui fcrs spicula.  
His nuptijs præsse credimus Dcum,  
Est qui creator omnium.  
Præsse filium Dci præsentibus  
Et angelorum coetibus.  
Hi coniuges nouos iugabunt copula,  
Mundo profano incognita.

MELPO.

# MELPOMENE.

**G**enitor summe, redemptorq; piorum,  
**G**Manibus qui proprijs composuisti  
Hominem, quē per honor, gloria, laus et tibi staret.

Hodie sicut adhuc sufficis orbi  
Homines propter candem rationem,  
Celebrent nempe tuum nomen ut omni sinc finc.

Bencdic coniugio Christophoriq;  
Aperito tencram aluumq; Sabinæ,  
Pariat tot pucros ut, peperit Lea quot olim.  
Pariat pignora, per quæ celebrectur  
Tua laus, gloria, uirtus, decus atq;  
Hominum promoucaturq; bonum, commoditasq;

FINIS.

# ODE DE FERIIS SANCTI

MARTINI, SCRIPTA

ad nobilcm D: Ioannem

Hodie iouinum &c.

**I**Anc stirpis Hoddeanae  
Splendor & decus suaue  
Ordinis Poëtici. Io, io.

D S QM

**Qui libenter, & potenter**  
**Nos tucris innocentes**  
**Hos tui contra agmina.** Io, io.

**Exulantes qui Camoenas**  
**Excipis, fous, & ornas**  
**Solus inter nobiles.** Io, io.

**Pone curas, pelle triste**  
**Cor, dics hoc poscit iste**  
**Omnium lætissimus.** Io, io.

**Hoc dic Martinus ille,**  
**Qui meretur dona mille,**  
**Tollitur præconijs.** Io, io.

**Hoc dic fit liberalis**  
**Quilibet bonus sodalis**  
**Affidendo poculis.** Io, io.

**Hoc dic nitet culina**  
**Et bibuntur grata uina**  
**Singulis in edibus.** Io, io.

**Pauper æquè, diucs atq;**  
**Musta potat, apparatq;**  
**Anseres ad prandia.**

**Est nec ullus sic egenus**  
**Cui uel anser, uel Lyæus**  
**Desit inter ferula.** Io. io.

**Pauper**

Pauper ultimum quadrantem.  
Instruat mensas ut arte,  
Promit ex crumenula. Io, io.

Diucs addit e placentas  
Arcuatas, sic repertas  
Finc certo forsitan. Io, io.

Personant uici, domusq;  
Vocibus laetis ubiq;  
Ebriorum ciuium. Io, io.

Non profanus, non sacerdos  
Vult sedere corde moesta  
In suo cubiculo. Io, io.

Euolant hac luce festa  
Singuli. Rcs est honesta  
Nunc labores linquere. Io, io.

Vnde mos sit ortus iste,  
Iane, dicam, crede Mystæ,  
Si uolcs, Apollinis. Io, io.

Hæc dics est instituta,  
Non ut, atq; foeda bruta,  
Sic agamus turpiter. Io, io.

Ast ut in nos dona patris  
Mentibus colamus gratis  
Incolentis sydera. Io, io.

Vt Dco

**Vt Deo grates agamus,**  
**Vina nunc quod hauriamus**  
**Sumpta pleno poculo. Io, io**

**Quod cados bono Lyeo**  
**Patre coeli dante solo**  
**Largiter compleuimus. Io, io.**

**Quod lacus sat lance iusta**  
**Cœperint odora musta**  
**Fertilis uindemiae. Io, io.**

**Hanc puto causam dici**  
**Instituta, pro Lyæi**  
**Scilicet liquoribus. Io, io.**

**Cæterum manasse credo**  
**Hosce ritus a uetusto**  
**Ethnicorum seculo. Io, io.**

**Vtq; prisca gens Lyæum**  
**Sic colebat, atq; Dcūm**  
**Vincarum præsidcm: Io, io.**

**Sic profana multitudo,**  
**Nesciens quod turpitude**  
**Sit, celebrat hunc dicm. Io, io**

**Dabitam Dcoq; laudcm**  
**Dat ministro stulta, fraudcm**  
**Molicens hero Dco. Io, io.**

**Et bo=**

Et bonum sic institutum  
Vertit in graues abusus  
Mores non fideliūm. Io, io.

Signa moris utriusq;  
Congruunt. Expende quisq;  
Has, & illas ferias. Io, io.

Præsulcm dixere nostri  
Esse Martinum, uictusti  
Præsulcm Bacchum uocant. Io, io

Ille præfuit fideli,  
Ut Deo placere regi  
Posset hac re, coetui. Io. io.

Bacchus at præest Poëtis,  
Qui libenter uina totis  
Sæpe noctibus bibunt. Io, io.

Est cques Martinus, atq;  
Miles, idem es Bacchus, statq;  
Hic tibi par gloria. Io, io.

T'cstis est Eous orbis,  
Quam fuisti, Bacchus, fortis  
Miles, & nigra India. Io, io.

Pannoncs colunt Martinum,  
Quod solent habere uimum.  
Cæteris meracius. Io, io.

Hag

Hac eadem legē, prisca  
Gens colebat sacra festa  
Liberalis libcri. Io, io.

Liberalis est uterq;  
Hic m̄crum dat, illc uestes  
Uſui mortalium. Io, io.

Hinc & exemplo utriusq;  
Liberalis esse quisq;  
Vult in hiscc ferijs. Io, io.

Anseres eduntur, haurit  
Vina quisq;, quod per anni  
Fecrat uix circulum. Io, io.

Anser est hic delicatus,  
Ferculorum cuncta gratus  
Inter atq; millia. Io, io.

Eius hinc est usus ista  
Lucc, Causa non reperta  
Est mihi potentior. Io, io.

Vina quare sed bibantur,  
Causa constat, iudicatur  
Inde fons huius sacri. Io, io.

Est & illa certitudo,  
Qua probatur hæc origo  
Feriarum præsulis. Io, io.

Nempe

Nempe quod scripsi petita  
Missione lucc in ista  
Deserunt heros suos. Io, io.

Namq; Bacchici liquorcs  
Liberos reddunt, priores  
Hinc uocarunt Liberum. Io, io.

Arcuatas & bicornes  
Huc placentas adde, cernes  
Vera uatem dicens. Io, io.

Pingitur Bacchus bicornis,  
Inde panis iste formis  
Sic duabus pinstur. Io, io.

Hæc origo feriarum,  
Iane, si non fallor, harum  
Inuenitur unica. Io, io.

Vcl mihi tu firmiorcm  
Pand, sic me lætiorem  
Hisce reddes scrips. Io, io.

Sed mihi quid cum Camœnis  
Nunc? Diu uocant amœnis  
Me sodales uocibus. Io, io.

Me uocant ad amphorasq;  
Hauriendas, an seresq;  
Vna edendos suauiter. Io, io.

Musa

Musa fincm fac labori,  
Nunc uacabo gratiōri  
Otiosus gaudio. Io, Io.

Hoc idcm fac, Hoddeane,  
Splendor, & decus suāue  
Ordinis Poētici. Io, io.

Pone curas, pelle triste  
Cor, dies hoc poscit iste  
Omnium lātiſſimus. Io, io.

F I N I S.

B. fol. 7. b. uersu 20. lgc, VVRZefouicius.

IMPRESSVM VITEBERGAE,  
Apud Vitum Crcutzer.











## Farbkarte #13

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Centimetres

Inches

# TRIA EPI=THALAMIA SCRIPTA A MAT=

THAEO COLLINO  
GVRIMENO.

Adiecta est in calce libelli  
Oda de férijs S.  
Martini.

M. D. XLV.

